

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Reuerendo uiro, D. Georgio Bucholtzero, fratri suo charissimo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

nes ornamento Germania fuerunt. Quod C.T. mihi clemēter & scripsit, & aprum misit, ego gratias & pro beneuolentia & munere. Et uicissim labores meos Ecclesie & Reipublice offero. Bene & feliciter ualeat C.T. Die quarto Ianuarij, anno 1558: qui annus ut sit faustus & felix Celsitudini uestrae, & Ecclesie, & Germania, faciat filius Dei Dominus noster Iesus Christus: Amen.

Reuerendo uiro, D. Georgio Burcholtzero, fratri suo charissimo,

S. D. Reuerende uir, & charissime frater. Scōs magnum & singulare Dei beneficium, sobolem, & pacem doctrine, & habentem inclinationes ad uirtutem firmas. Talis cum sis Ioachimus Blanckfeld, & patri & adolescenti ipsi talem naturam gratulor. Et Reipub. causa gaudeo, esse aliqua talia ingenia: ac Deum oro, ut hunc Ioachimum & alios honestos adolescentes seruet & gubernet, et faciat ut multi sint uasa misericordie, & organa salutaria. Audiui enim cum de aliquibus dialecticis questionibus disputantem, de quibus non solum recte respondit, sed etiam ornat responsiones moderatio pronunciationis. Ac patrem recte facturum esse iudico, si eum diutius in studio literarum retinebit, et iubebit initia iuris ciuilibis discere, etiam si post hinc

nium

num uellet eum abducere à studio. Cùm autè ipse
 adolescens cupiat procedere in doctrinis: multo ma-
 gis iudico nõ abducendũ esse à literis. Sed placet mi-
 hi, ut sit apud uirum eruditum in iure, ubi incipiat
 eius doctrinæ principia rectè discere: ac Deũ oro,
 ut & consiliũ patris, & totum cursum uitæ et stu-
 diorum adolescentis gubernet. Bene uale 16 Fe-
 bruarij, 1556.

Iussi ut ad me scriberet de sua uoluntate. Eam e-
 pistolam patri legendam exhibeas. Hamburgensis
 multis ægrotis fuit gratus: ideo illo munere delecta-
 tus sum. Ego non admodum scriui soleo, sed benuo-
 lentiam honesti uiri magnifacio: & ubi gratificari
 potero, uicissim meam beniuolentiam declarabo.

Eidem.

S. D. Reuerende uir, & charissimo frater:
 ut ueniens annus sit faustus & felix Ecclesijs no-
 stris, & eorum hospitij, & pijs Principibus, & ti-
 bi & ecclesiæ tuæ domesticae, faciat Deus æternus
 Pater Domini nostri Iesu Christi, qui & ordinẽ in
 natura instituit, et metas annorum distinxit, ut testi-
 monia de se illustra ostendat. Profectò metuo hoc
 anno tribus horrendis bellis arsuram esse Germa-
 niam, Turcico in Pannonia, Gallico in Belgis, uici-
 nali ad Moenum. Nam astrorum positus, eclipses,
 prodigia, & hominum furores munitur bella &
 rabiam